

Franckesche Stiftungen zu Halle

Meditationes Selectæ De Sublimi Hominis Scientia

Braun, David

Gedani, Anno MDCCIV.

VD18 11444606

Meditatio Secunda De Animæ Immortalitate.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

[urn:nbn:de:hbz:5:1-63868-p0011-9](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:5:1-63868-p0011-9)

Meditatio Secunda DE ANIMÆ IMMORTA- LITATE.

SUMMARIA.

§. 1. Infani Sceptici & Aporetici qui animam inesse animato dubitant, Quid autem sit anima? An ex elementis composita? An ex Igne? An sit aer subtilis? An ipse sanguis? §. 2. An sit corpus? An Temperamentum? An numerus & harmonia? An ex censu corporum celestium? §. 3. An duæ sint animæ in uno corpore? Contra divisibilitatem animæ. Et an vita in homine non ab animâ rationali, sed à spiritibus animalibus dirigatur? An anima sit tota in toto, & tota in qualibet parte corporis? refutatur §. 4. Vera definitio animæ. Quomodo corpori juncta, & quid extra corpus operetur. Animæ brutorum quare humanis comparari nequiant? Anima est incorruptibilis humana, quia non est ex elementis. §. 5. Quomodo anima humana propagetur? (1) an omnes simul quondam creatæ corporibus humanis illabuntur? (2) aut simpliciter æternæ, & particulæ substantiæ divinæ sint? (3) aut singulis hominibus quotidie infundantur? aut denique ab illâ primâ Adam datâ, lege creationis per traducem propagentur? affirmatur postrema sententia. §. 6. Anima est Immortalis arg. (1) quia extra corpus & sine ejus organis potest operari. (2) quia à se ipsâ perpetuo movetur, & est motus principii. Quomodo qualitates corporeæ animam afficiant, ibi de vi hyliformi, spiritibus ad communionem materiæ necessaria. (3) arg. quia simplex incorporea, & ex contrariis non constans iisq; non afficitur. §. 7. Anima in phreneticis non est corrupta sed organa phantastica. Nec in lapsu Adam & Evæ anima ipsa, sed addita Imago DEI

San-

Sancti
pro In
porum
phosi.



talem
thara
tur C
nam c
& An
nervo
corpo
mem
idem
crepa
hac d
fit.
riò l
renta
confi
anim
in m
mè l
corp
an fu
viri

Sanctitas & Iustitia corrupta. §. 8. Argumenta plura
pro Immortalitate animæ. §. 9. De Resurrectione cor-
porum cum animabus. De Metempsychosi & Metamor-
phosi. Apparitionibus quoq; §. 10. Epilogus.



Uti usque adeò Scepticorum seu Apo-
reticorum Sectâ infatuatus, ut quo-
que animam inesse animato dubita-
ret, perindè responso indignus fo-
ret, quomodò is, qui equitem quâ-
talem sine equo, aut citharædum absque ci-
thara denominari & actu esse posse, assereret. Igi-
tur Cicero lib. 1. Tuscul. quæst. Dicæarchi insa-
nam opinionem referens, responso non dignatus,
& Aristoxenum, qui sicut in fidibus, ex intentione
nervorum, concors sonus & cantus efficitur, ita in
corpore vivo, ex compage viscerum & vigore
membrorum, vim sentiendi existere somniavit,
idem vir prudens dicto loco brevi Epanorthosi in-
crepavit: Quia inquit, musicæ peritus fuit, in „
hâc de animâ opinione â suo artificio non reces- „
sit. Usque adeò universis hominibus sanis & se-
riò loquentibus, stultum semper visum est, de
rentam evidenti, & ex verborum sono, sine arte
consequenti, dubitare; præsertim cum negatâ
animâ sequatur naturæ destructio, quam quotidie
in mortuis spectamus. Quid verò anima maxi-
mè humana, utporè in creaturis summum Ens,
corpus movens, & cognoscens omnia, aut qualis,
an simplex vel composita ex alio sit, multi insignes
viri nimium disputarunt, eoque ipso quod simpli-
ci,

ci, ab effectis tam grandibus animæ, ratiocinio non acquiescerent, sed perpetuò Philosophorum more, ceu canis ille Æsopicus, propriam sententiam relinquentes, alienam arrodendo, penitus à veritate in errorum prolapsi sunt Labyrinthos. Qui compositionem substantiæ animæ, prout aliis omnibus visibilibus affinxere, aut *ex omnibus Elementis mixtam* dixerunt, ut Epicurus, Xenophanes, Parmenides, quod refert Macrobius. lib. 1. in Somn. Scip. c. 14, & de Crantore Plutarchus lib. de procreat. Animæ §. 3. idque ideò, quia anima principia rerum, e. g. aquam, terram &c. sibi nota habeat, eaque parte quâ aquea est aquam, quâ terrea terram cognoscat: Atqui verò anima non solum Elementa rerum, sed & alias quasvis substantias cognoscit, e. g. Equum, neque propterea est Equus, aut Equo similis: Imò eo ipso quod anima cæteras res corporeas cognoscere valet, arguit, eam non esse corpoream, quodcunq; enim cognoscit à re quâ cognoscitur denudatū & separatum esse debet, hinc anima, quia corpora cognoscit, eo ipso non esse corpus evincit. Corpora certâ dimensione constant, quam nunquam excedere possunt, anima insatiabilis & sine mensurâ in conceptibus suis, hinc innumeras res intelligibiles & corporeas cognoscit. Fuerunt qui ex *solo Igne constare animam* conjecerunt, Unde Stoici πνεύμα τέλειον i. e. Spiritum calidum definiverunt. Atqui vero pisce acti nunquam calescunt, & habent animam, multo minus anima homi-

homi
prop
exper
anim
lent,
anim
no e
quib
imò
quar
nibu
diffu
anim
quod
de E
runt
anip
Con
fiste
qui
non
lum
ideò
§. 6
rum
vel
pus
Cor

hominis, quæ motu sanè calefacit sangvinem, sed propterea non est ipsa calor, sicut Sol calefacit expers ipso caloris. Motus facit calorem, illuminat anima, sed ideò neque motus neque anima calent, tantum sangvis quem movet. Anaximenes *animam aerem subtilem* appellavit: sed gemit no errore, nam aer omni sensu & ratione caret, quibus tamen anima pollet, propterea embrio, imò ipsum semen, simulac conceptum est, antequam aerem capit (hoc est antequam in pulmonibus deservescere, in corde tepefieri, in corpus diffundi potest) jam tamen habet animam. Alii, *animam esse ipsum Sangvinem* fabulati sunt, quod de Critiâ Aristoteles l. 2. de animâ c. 2. & de Empedocle Cicero L. Tuscul. qv. §. 19. referunt. Verùm multa animalia brutam habentes animam, sine omni sanguine vivunt, ut caneri, Conchæ &c. quidni rationalis sine sanguine subsistere, adeòque ipsa sangvis esse non debeat. Atqui lumen sine oleo extinguitur, tamen lumen non est oleum, sic anima in humore sanguinis, ut lumen in pinguedine olei vires suas exerit, sed ideò non est sanguis, & Plutarchus l. de Homero §. 63. sciebat, inquit, *sanguinem esse alimentum Spiritus, ac Spiritum* esse vel ipsam animam, *vel animæ vehiculum.*

§. 2. Errarunt illi quoque, qui *animam corpus esse* definierunt: Nam si esset Corpus, tunc Corpora duo sese penetrarent, quod est absurdum

dum Physicum; Natura enim à dimensionum penetratione abhorret. Anima certè non subjacet quantitati nec legibus, corporum, quorum modus est, in loco esse circumscriptivè, dimensionativè, localiter; porrò corpora ità continentur in alio, ut partes continentis cedant partibus locatis, quod omninò aliter se habet cum animà, cujus, quia ex Spirituum ordine est, modus in loco quidem esse definitivè seu determinativè (non enim est substantia infinita, ideòque alicubi est) sed tamen non prout Corpora extensa juxta loci dimensiones, quanquam certo spatio agat, (ità ut pars ejus superior in capite, inferior in pedibus hominis sit) penetrat enim tota humanum corpusculum, & extra idem corpus plurima operatur. Occurrunt sanè apud Tertullianum, Origenem, Cassianum, & alios Patres, verba, quibus corpus animæ, præsertim Angelis, affingunt, sed sensu remotissimo, quatenus nempe distinguunt animam humanam & Angelos à Simplicissimâ DEI Essentiâ, quæ purus actus est, & sic benè philosophantur; Angelos ex actu & potentiâ compositos esse. Ille autem error verbi inde accidit, quod secuti sint hi Patres Stoicorum doctrinam, qui *σῶμα* & *σῆμα*, hoc est, corpus & substantiam in unoquoque, pro re eâdem habent, contra quos scripsit Numenius librum: Quod non sit corpus quicquid est, quod Stoici censent. Et Plutarchus lib. de Homero §. 66. nunquam ab Homero, Platone & Aristotele animam corpoream dici deduxit;

xit:
dixit
impa
tum
anim
à sese
motu
insti
dirig
cum
mun
man
Dicu
neti
prun
lus,
fion
judi
sens
ma,
gan
fra §
riter
corp
App
mo
tur
mor
qua

xit: Sed D. Hieronymus eleganter: *Anima*,
dixit, *est, Angelus hominis, corpus DEI*. Nec
impar est, quod Plutarchus libro de 7. Sapien-
tum Convivio §. 50. notavit. Corpus animæ,,
anima instrumentum est DEI; Et sicut corpus,,
â sese multos habet, plurimos verò & optimos,,
motus ab animâ, sic rursus anima alia suo pte,,
instinctu agit, in aliis DEO sese utenti præbet,,
dirigendam, atque ejus arbitrio movendam,,
cum sit omnium instrumentorum pulcherri-,,
mum. Non minus erravit Galenus, qui *ani-*
ma temperamentum in corpore esse voluit.
Dicunt autem ejus sequaces: Animam in phræ-
neticis corruptam, quia temperamentum corru-
ptum, est: Sed licet temperamento corrupto sen-
sus, quibus mens in corpore utitur, in apprehen-
sione specierum decipiantur, & sic falsò de rebus
judicare faciant animam, secundum obtrusas â
sensibus & Phantasiâ species, nihilominus ani-
ma, furoris experts, secundum corrupta tantum Or-
gana operari coacta est; de quâ objectionem in-
fra §. 7. pluribus dicendum erit, nunc prælimina-
riter annotasse sufficit: Omnem operationem in
corpore, quemadmodum in ordinato Judicio fieri;
Apparitores sunt quinque sensus, hi donec ho-
mo vigilat indefinenter discurrunt; Omnia igitur
visa, audita, tacta, olfacta & gustata, eodem
momento referunt *Notario*, qui est *Phantasia*,
quæ imagines impressas relatorum habet, ex qui-
bus

bus *Sensus communis*, quasque in suas cellulas & capsulas, secundum ejus notitiam de quo veniant sensu disponit, & est quasi *Registrator*. Hinc *Memoria* Protocollum format, non confusum sed dispositum, & exinde, ceu *Referendarius*, causas quascunque *Judici* h. e. *Rationi* proponit. Hæc ratio sive mens duobus *Assessoribus* utitur, *Intellectu*, qui in re unaquaque ex scientiis (aut studio, eodem ordine prout res alias acquisitis, aut connatis) & eidem memoriæ Protocollo contentis, format majorem Syllogismi practici, memoria ex testimoniis sui Protocollum addit minorem, & mox Ratio concludit, eamque conclusionem executioni mandat alteri *Assessori Voluntati*. Et hoc Judicium hominis de seipso formatum, ita prout subjicitur judicio DEI (supremæ Instantiæ *Judici*) dicitur *Conscientia*. Imputant vulgò Pythagoræ errorem, quod *animam* esse definiverit, *numerum & harmoniam*, sed Plutarchus. lib. de Animæ procreat. §. 4. notavit: Non fuisse Pythagoræ aut Platonis eam sententiam, sed, quod sit anima essentia intelligibilis, secundum harmoniam se movens, & secundum numerum ordinata, quod est tolerabilis. Porro errarunt Heraclitus, Hipparchus apud Macrobius ad Somn. Scip. l. 1. c. 14. & Plinium, atque Ciceronem in Somn. Scip. dicentes: *Animam* esse *ex censu corporum cælestium*, quod Seneca quoque Conf. Helv. c. 6. & Epist. 79. &

& ipse Aristoteles affirmant. Hic enim Analogiam quintæ astralis Essentiæ seu elementi, in esse animabus fabulatus. vid. Plutarchus. l. 1. de placit. Philosoph. c. 7. Cui assurgit Scaliger Exerc. 307. §. 20. & Exe. 61. §. 1. & 5. Enimverò falsis principiis hæc Hypothesis innititur: Quasi Cœlum & astra Animam, sensus, & intellectum habeant, idque cœci Philosophi ex pulchro istorum corporum ordine, & motu harmonico, concluderunt. Sicut Origines quoque cum ipsis somniavit, imò ipse S. Augustinus quondam dixit: Mundum esse animal, sed opinionem hanc retraxit. l. 1. Retract. c. 11. & in Concilio Oecomæn: § 101. e. Constant: 2do anathema eidem opinioni dictum est. Nicephor. l. 17. Hist. Eccles. cap. 27. & 28. Quo tamen fulmine non obstante, Bodinus. l. 5. Theatri naturæ: Cœlum definire ausus, animal intelligens continuè motum. Sed neque inde sequeretur, animam esse corporalem, quia ab ignibus astralibus esset accensa, prout dicunt, nam & illorum cœlestium corporum anima, quia ipsorum movens, deberet esse incorporea proinde & humana ab illâ derivata. Verum non esse animata cœlum & Astra vel ex eo constat, quod non voluntario motu sese moveant, sed coactè, iis terminis, quibus semel, à Creatore sunt inclusa, neque inde sine nutu ipsius latum unguem digredi possunt, quod certe facerent, si libero arbitrio sese moverent. Denique licet quintam Essentiam corporibus cœlestibus Peripatetici tribu-

ant

ant, hanc tamen nihil aliud, quam quintum corpus, à quatuor elementis, propter suam incorruptibilitatem distinctū, proinde tamen verum Corpus materiale & naturale definiunt. Merito igitur à Vossio lib. 3. c. 9. de Idolol. Bodini supra relata fabula irridetur, quod Cometas animas Heroum appellat, planè cum gentilibus, ut est apud Svetonium in Julio Cæsare in fine: Stella crinita ap-
parens credita, animam esse Cæsaris in cœlum, recepti.

§. 3. Sequitur ut spectemus opinionem Peripateticorum, præprimis Arabū, qui *duas animas in uno corpore*, sensitivam & intellectualem esse statuunt, quippe ab Aristotele, distinctionem: Inter animam, cui sensum, & mentem, cui rationem tribuit, accepere. Sed non meretur hæc opinio prolixam inquisitionem: Philosophi enim ferè omnes eam explodunt, & unam animam inesse homini consensere, quibus autoritas summa accedit ab Oraculo S. Scripturæ, quæ nunquam plurium animarum, sed unius in homine mentionem facit; Secundum quam Concilia deciderunt, & prolixè S. Augustinus, l. de duabus animis probavit, & Theologi omnes sani in eo conveniunt. Cæterum ad stabiliendam divisibilitatem animarum (cum tamen nota Characteristica Spirituum sit Indivisibilitas & penetrabilitas, sicut è contrà corporum est divisibilitas & impenetrabilitas) obijciunt. e. g. Scolopendra, in aliquot partes discerpta, in omnibus partibus ali-

aliqui
nus
quan
capit
pend
ris in
spir
cti in
pyri
mam
cedit
vesp
cedit
6. ho
ta d
aut
ter
tate
in h
cunct
anim
tem
lis à
onis
prio
ad f
lis lu
org
hab
qui

aliquandiu graditur, (cujus rationem S. Augustinus reddere, more suo, modestè suspendit, de quantitatibus animarum, cap. 31.) Sic vespa amputato capite trunco avolat: Sed respondendum, Scolopendrarum partes, mechanica sua fabrica, præ cæteris insectis, aptas esse diutius moveri; Sed per spiritus animales, juncturis crebris ejusdem insecti inclusos (sicut fistulae cartaceae per pulverem pyrium accensae moventur) non autem per animam, quæ certè amputatis partibus in unam recedit, & donec exspiret, in eam solam agit, hinc in vespam non amputatum caput sed corpusculum recedit. Aristoteles l. 4. de part. animal. c. 5. & 6. hoc insectorum naturae tribuit, quod sicut plantae divisae vitam aliquandiu retinent, aliter homo aut belua. Sunt quoque Medici, præsertim inter Neotericos, qui statuunt: *Sensitivam facultatem & vegetativam, non à rationali animâ in homine effici aut dirigi, non quidem à secundâ aut tertiâ animâ, verum à Spiritibus animalibus in sanguine nutritis.* Ideò mortem dicunt non esse separationem animae rationalis à corpore, sed potius defectum motus & actionis spirituum animalium, ex defectu vel corruptione sanguinis. e. g. Artifex qui organum dirigit ad suos modulos Musicos, deficiente vento in fistulis ludere ultra non potest, demum planè silente organo, & quasi mortuo, abire cogitur, sic se rem habere cum vita hominis, addunt rationem: Atqui invitâ animâ rationali & voluntate hominis, nihil

nihilominus naturales operationes suas, ut Circulationem Sanguinis, pulsus Cordis & arteriarum, iidem Spiritus naturales perficiunt, sic in Somno &c. Ideo invitâ quoque animâ eadem, deficientibus illis actionibus, ad vitam necessariis, mors sequitur, planè sicut, licet invitus Gubernator, cum ventus deficit, tamen navim gubernare desinit. Sed subtilis & novis fallaciis opportuna Disputatio eatenus toleranda, quatenus non vergit ad Epicureorum sententiam: Cum mortem, non dissolutionem, sed separationem à Corpore esse, fidei sit opinari, quia separatae animae à Corpore subsistentiam magis declarat. Unde videmus plerosque morientium non dissolvi conquerentes, sed exire se & proficisci & ambulare testantes; Idque aut gestu significant, aut si adhuc possunt voce pronunciant. Hinc ratiocinatur Lactantius. lib: 7. cap. 12. contra impiam dissolutionem Epicureorum, nam dicit dum sentit & loqui potest, nondum dissolutus est, ubi dissolutus est jam neque sentire nec loqui potest, quo dilemma Epicuri apud Laërtium (mors nihil ad nos, quod enim dissolvitur sensu privatur, quod, autem, sensu caret nihil ad nos) conversum confodit. Difficilior & majoris momenti disputatio est, dum maxima pars Theologorum Aristotelis sententiam; *quod anima, quia indivisibilis & simplex, ideò tota in toto, & in quâlibet parte corporis tota sit*, approbavit, sequentes S. Augustinum, lib. 4. de anima & Lombardum.

dum.
um V
cuffâ
putat
sed re
Spiri
contr
poter
mâ,
nequ
in C
corpe
ris,
sistit
gelus
rit,
mus
tiam
Hinc
Essen
parti
ne q
bro c
gvine
cho
mâ,
quas
dem
ri sub
tradi
cunt
912

dum. lib. I. Sent: diff: 2. contra Vincentium Victorem & Roccum. Dicunt enim, percussâ parte hominis tota anima sentit, & amputatâ extremitate corporis non pars animæ perit, sed recedit vis ejus ab eâ parte, ipsa autem tanquam Spiritus indivisibilis, manet tota, nam anima contrahi & detrahi à parte corporis perditâ dici potest. Uti enim non componitur materiâ & formâ, ita quoque non constat partibus quantitativis, neque habet partes extra partes; Hinc eadem est in Corpusculo infantis anima, quæ postea inest corpori majori viri, diminutâ autem parte corporis, præsentiam suam totam paucioribus partibus sistit, non circumscripivè sed definitivè e.g. Angelus, si se incluserit domui inque totam extendere, nonne totum Angelum in qualibet parte domus esse dicendum, sic anima, quæ quoad Essentiam eandem Simpliciter cum Angelo habet. Hinc errant sine dubio, qui animam, secundum Essentiam in Corde, secundum facultates in aliis partibus ponunt cum Aristotele & Stoicis, Diogene quoque. Vid: Laërtius in eorum vitis. In Cerebro cum Galeno, Platone ac Democrito, In sanguine cum Empedocle, cum Parmenide in stomacho cum aliis in alio corporis angulo. Nam anima, veluti forma hominis, totam materiam & quolibet ejus partes informat, & cum eâ materiâ demum Substantiam constituit. Econtrario multo subtilius philosophari, sententiam eam, uti contradictoriam, refutant: Absurdum enim esse dicunt, Totum inesse cuilibet parti, idque propterea

Cir-
eria-
ic in
lem,
riis,
rna-
nare
ortu-
non
mor-
Cor-
imæ
nde
con-
lare
ad-
ina-
iam
fen-
dis-
est,
ad
od,
on-
ta-
sto-
ilis
bet
tes
bat-
um.

tantum, ut Spiritus indivisibilitatem obtineant, quam tamen satis assererent, dum (1) Animam penetrare essentia suâ totum corpus statuunt. Sed (2) Anima tota non est in corpore, quia extra illud operatur, intelligendo universalia. (3) Inest autem partibus per extensionem Metaphysicam, quæ supponit indivisibilitatem, est enim Spiritus monas Metaphysica, sed Corpus est Monas Physica. Illa, nempe Spiritus, valet Extensione, sed Spirituali, quæ penetrat materialem, ita ut hæc duæ extensiones invicem penetrarent, quod in mere Physicis est absurdum. Ad Exemplum supra de Angelo adductum respondent; Spiritus naturali facultate contrahere & expandere se localiter potest, non verò sequitur propterea, eum totum in qualibet parte domus vel corporis esse; Sic e.g. brachio abscisso, ex Sententia adversariorum, anima in brachio tota cum eodem abscisso alio migraret, quin potius deficiente Organo operationem suam in eâ parte contrahit, quod ob penetrabilitatem suam, quâ pollet facillè exequi potest; Nec obstare, quod Regulæ verissimæ: Anima, quatenus est perceptiva, in uno loco corporis cerebro vel corde habitat, per reliquas corporis partes vitali tantum munere fungitur, obicitur; Ergo non est immaterialis & simplex, Si non ubiq; virtute suâ perceptibili valeat; Nam, atqui aliqua vita animæ est penitus absque sensu & cogitatione e, g. in utero matris, quam vitam plasticam vocant. Henricus Morus Anglicus Enchiridi Metaphys. c. 27. & 28. prolixè sententiæ vulgari Aristotelicæ sese

se se opposuit, sed simul ibidem Nullibistas, qui animam essentialiter in uno loco, corde vel cerebro &c. esse negant, quorum Coryphæi sunt Cartesiani, operose refutavit.

§. 4. Quibus sententiis, utpotè utrinque suis rationibus validis, neque fidei regulæ adversis, cujusque judicio relictis, progredimur ad definitionem veram animæ: quod nempe sit *Spiritus corpori hominis hypostaticè junctus, inque corporis organis vires nutritivas & sensitivas exerens, sine ullo tamen Corporis Organo intelligens, & extra illud subsistere aptus*: Aut cum S. Augustino: Est Spiritus vitæ, & Substantia intelligibilis, immortalis DEO similis, imaginem nullam nisi Creatoris sui habens. Quibus verbis explicatæ definitiones Sapientum paganorum lucem capiunt, & tolerari possunt: ut Anaxagoræ, qui animam essentiam sinceram, omnis mixtionis expertem; Thaletis, qui naturam ex se se mobilem; Aristotelis qui ἐντελεχείαν πρὸς ἐν, hoc est, humanæ perfectionis principium sive actum primum hominis; Platonis, qui naturam & Essentiam intelligibilem, semper ex se se, secundum harmonicum numerum mobilem. Dum autem definitur esse Spiritus, excluditur omnino materia, quia sicut Corpus rectè definitur: Substantia materialis, vitâ movendique facultate ex se destituta, ita rectè definitur Spiritus, Substantia immaterialis vitâ movendique facultate intrinsecus & per se prædita. Ideò nec anima indiget materiâ, nō enim est ex numero accidentium, quæ omnē

Perfectionem suam à materiâ, in quâ sunt, sortiuntur. Sed Essentia est immaterialis, invisibilis, & Spiritus intelligens i. e. non prout aliâs Physici vocabulum Spiritus sumunt, pro vento, flatu, aëre, aut etiam parte sanguinis tenuissimâ (sicut Scaliger Exerc: 307. §. 39. immeritò taxat, & propterea vocabulum hoc à definitione animæ rejicit) sed prout vox Spiritus, pro essentiâ sine materiâ concrezione subsistens accipitur, tam lingvâ Hebræâ in S. Scriptura, Patribus omnibus Christianis, imò ab ipso Seneca epist 50. Qui spiritus rectè Philosophis inorganicus dicitur, tanquam in sua naturâ à Corpore non dependens, & ipso actu res omnes dijudicans. Nihilominus, quatenus ab Organis corporis, cui est alligatus, species & imagines rerum abstractas, sine quibus nihil potest intelligere, in se recipit, objectivè tamen, non ut per se dependet à Corpore & phantasmatis, quæ necesse est cum speculari. Idèd immaterialiter judicat, materiam tamen cum phantasmate apprehendit, unde intelligas, animam homini non solum assis-tere ut accidens, sed dare formam informantem. Hinc est, quod non solum intellectu ea, quæ per sensus materialiter mens apprehendit, immaterialiter tamen dijudicat, sed etiam voluntate se-
pissime aliud declarat, quàm sensus velint. e. g. Si quis pro deliciis jejunium, Cilicium, & alia sensibus ingrata eligat, Quo ipso Regula illa Philosopho-
rum: Nihil est in intellectu, quod non prius sit in sensu, limitationem patitur: Præterea non so-
lum materialia & Sensibilia anima apprehendit per

per
etiam
bilia
non
de qu
libus
sim P
vid:
quid
bus h
biscu
anim
rè, p
extra
ca ep
tem e
præse
tur,
Sic e
dium
non
um d
nè n
pius
tur e
usus
illud
sicut
cet fo
bean
ma f

per sensus, atque immaterialiter ea dijudicat, sed etiam plura apprehendit Universalia, & intelligibilia sine omni sensuum adminiculo, qui eoque non pertingunt, sed in materialibus infra manent; de quibus operationibus animæ merè intellectuabilibus sine & extra materiam prolixè & doctè passim Patres & Philosophi Christiani ratiocinantur. vid: Vossius, de Idolola. l. 1. c. 10. Pythagoras quidem *animas brutorum aequiparavit animabus hominum*, illasque commune jus animæ nobiscum habere dixit, propterea vetuit comedere animalia. Laërtius §. 13. lib: 8. Sed quam stultè, patet ex deductis, quod anima brutorum nihil extra corpus seu materiam operetur. Ideò Seneca epist: 124. benè negavit memoriam inhaerentem esse animæ brutali, quod sensu comprehendit præsentia, præteritorum autem tantum reminiscitur, cum in id incidit, quo sensus admonetur. Sic equus viæ reminiscitur, cum ad initium aut medium ejus admotus est, nam memoria brutorum non revocatur, nisi præsentium occurſu: Tertium denique tempus scilicet futurum ad bruta plane non pertinet, in stabulo nulla viæ quamvis sapius calcata equo memoria est; Quomodo igitur eorum potest videri perfecta natura, quibus usus perfecti temporis non est. Proinde dogma illud Pythagoræ geminam habet rationabilitatem, sicut ejusdem prohibitio fabarum, quia scilicet formam pudendorum vel januæ infernorum habeant. Laërtius. d. l. Nos igitur de humana anima solliciti porro concludimus; *animam quo-*

que esse in corruptibilem, idq; ob eandem immaterialitatem. Dicunt quippe omnes Philosophi: Corruptibile non est, quod non est de materiâ. Licet autem anima non fuerit ante corpus, sed generata, secundum Aristotelis axioma verò, Generata omnia corrumpuntur, seu generatum in actu est corruptum in potentia; Nihilominus tamen anima est incorruptibilis, quia non est ex mixtione elementorum generata, qualia omnia cetera creata, propter perpetuas alterationis vicissitudines, tanquam ex contrariis constantia, ad interitum & corruptionem vergunt. Sed quia anima, vi supernaturali, præ ceteris omnibus creaturis, à DEO facta est, licet ex ordinatione Creatoris per generationem propagetur, tamen incorruptibilis, & talis statim à Principio, extra materias elementares, creata est. Quod nobis arcanam Creationis habentibus historiam impium est dubitare, ibi enim de Animalibus terrestribus v. 24. disertè revelatur, Deum jussisse: *Producat terra* animâ viventem in genere suo jumenta & reptilia, & bestias terræ, secundum species tuas: Factumq; est ita. Rursus de aquatilibus & Volatilibus versu 20. *Producant aqua* reptile animæ viventis & volatile super terram, sub firmamento cœli (ubi obiter notandum, pisces & volucres ex eodem elemento productos ejusdem esse naturæ) Sed de homine planè diversa est narratio. v. 26. *Faciamus hominem, ad imaginem & similitudinem nostram*, (quæ certè similitudo non in corporeis membris, utpote bestiarum similitudini propinquis, sed de spiritali naturâ, DEUS enim

enim
v. 7.
nis sp
nisch
homo
Quo
tem &
natur
Num
ata e
Quar
Eccle
Prisc
no lib
Rabb
rum
ranus
quas
genu
digna
ratio
simul
ab in
fabul
res,
in co
magi
affec
vicio

enim est spiritus, accipienda) quod cap. 2. Genes. v. 7. explicatur; Inspiravit DEUS in faciem hominis spiraculum vitæ, in Hebraico: נִשְׁמַת חַיִּים nischemath chayim animam vitarum, & factus est homo in animam viventem.

§. 5. Nunc ad difficillimum punctum venio: *Quomodo anima humana, cui immaterialitatem & incorruptibilitatem, penitusque spirituales naturam verissimè asseruimus, propagetur. (1)* Num alicubi omnes animæ simul quondam creatae existentes, corpori extrinsecus illabantur? Quam Platonis Sententiam magni olim viri in Ecclesiâ, non sunt veriti propugnare, Origines, Priscillianistæ & alii; Verùm à Cyrillo Alexandrino lib: 1. in Johan. c. 9. & aliis masculè refutati, Rabbini Thalmudici eidem Errori adhaerent, quorum somnia sicut sapissimè, ità hîc quoque Alcoranus Mahometicus amplectitur. Sed rationes quas Rabbini, solitâ ipsis Scripturæ detorsione à genuino sensu, proferunt, responsione non sunt dignæ, imò ipsi Rabbini invicem, in explicatione rationum sibi contrarii sunt. Pro negativâ potissimum valet: Si animæ rationales omnes in cælo ab initio existerent, ob peccata autem sua, quod fabulantur, in corpora hominum, ceu in carceres, pro luitione pœnæ, detruderentur, quare non in cælo potius luerent procùl à corpore, in quo magis magisque peccare possunt, pravis immersæ affectibus, quod tamen in cælis procùl à fomite vitiorum præstarent meliùs. Si autem non peccarunt

carunt animæ, quæ Deus Optimus tranquillitatem beatam adeo illis invideret, ut eas hujus vitæ malis intruderet. (2) *Neque simpliciter æternæ, neque particula substantiæ divinæ possunt dici animæ*, quod idem Plato & Stoici finxerunt. Quis enim finis, aut quæ operatio animarum in æternitate, & quare ante actorem non reminiscuntur, neque sanè à sensibus in corpore impediuntur, quo minus reminiscantur, quod enim æternum est in suis operationibus immaterialibus. e. g. recordatione, non poterit impediri à potentiis corporeis. Porro si animæ simpliciter æternæ essent, naturaliter egressum è corpore, ad priora bona cœlestia ultrò appetere, quod tamen aliter experimur, quia nemo naturaliter mortem appetit, est enim pœna peccatorum & destructio naturæ nostræ. Hinc & decrepiti senes paucorum annorum accessionem emendicant votis, uti ait Seneca de brev. vitæ. c. 11. & Cic. in catone Majore: Neminem esse tam Senem, qui se non putet annum posse adhuc vivere. Quod autem subindè aliquos legimus hilariter mortem appetere, idque sub privati boni ratione, finiendæ miseræ, & spe melioris vitæ, non quasi ab æterno habitatum domicilium reperant; Sed hoc ipsum testatur, non esse appetitum naturalem, qui toti Speciei deberet esse communis, Sicut ille est appetere bona, fugere mala. Error autem, quod sint animæ particule divinæ substantiæ tanquam planè impius, quia immutabilem Dei essentiam in partes secatur, neque ventilatione dignus est. Ad locum Genes. c. 2.

v. 7.
nar
27.
Spir
eius
Spir
fimi
lis
an
hon
pro
ut
gre
ten
res
ge
ob
co
gin
cu
ma
ne
ar
est
qu
fu
br
&
un
à

v. 7. ubi Deum spiraculum vitæ homini inflavisse narratur, benè Tertullianus, de anima c. 10. & 27. commentatur: Intellige afflatum minorem,, Spiritu esse, & si de Spiritu, accepit aurulam,, ejus, non tamen Spiritum; Deus scilicet aliquid,, Spiritu suo inflavit in hominem, non se ipsum,, similem sibi, non se, fecit. *Utrum verò singulis hominibus nova creentur animæ à DEO? an potius ex illâ unâ animâ, quæ Adam primo homini data est, ceteræ quotidie propagentur?* Proximæ ad veritatem sunt quæstiones. Sed quia utraque à multis sæculis Doctorum Christianorum gregem sciderunt in partes ferè æquales, tanto assensus magis in dubio relinquitur apud modestiores. Cum verò ἐπεὶ χερὶ h. e. abstinere adeò S. Augustino solenne, non in omni Quæstione difficili obtinere, debebat, ob vitandas periculosissimas consequentias, postremæ sententiæ merito assurgimus: nempe animas, semel ordinatâ à DEO facultate generandi, ad conservationem generis humani propagari à parentibus, modo soli Deo plane noto, nobisque incomprehensibili, ex lege Creatoris tamen certo, & vero. Impossibile enim est, animas quotidie immediatè à Deo creari, nam qui hoc statuunt, rationem nunquam reddere possunt, unde vitium seu peccatum in animam embryo contrahat. Congruit sanè Omnipotentiae & bonitati divinæ, animam valde bonam creasse, unde igitur peccati sordibus inquinatur? Caro à primo homine peccante orta, & propterea vitio asper.

asperſa prudenter non dici poteſt inſicere animam,
 Corpus nempe Spiritum, infirmum fortius, quia
 reſiſteret anima corpori, tanquam delibiori, ne ſe
 inſiceret, Præſertim cum anima ſit primum Subje-
 ctum peccati originalis, ità diſertè docente Thomà.
 2. qv. 83. Art. 2. Impium quoque eſt credere:
 Deum animam à ſe optimam inſuſam carni, pro-
 prius deſerere, aut eidem inſonti, & planè adhuc
 inculpatæ Adami peccata imputare, & ſic à Carne
 inſectam damnare; Atqui Genef: c. 5. v. 1.
 dicitur: DEus Adam creaffe ad ſimilitudinem
 DEI, ſed v. 3. Adam filium Seth generaffe ad ſi-
 militudinem ſui. Similitudo autem hæc eſt
 Injuſtitia & impietas, quemadmodum ſimili-
 tudo & imago DEI, per peccatum Adam
 amiſſa, fuit Sanctitas & Juſtitia Ephes. c. 4.
 v. 24. Si autem in Adam omnes homines pecca-
 verunt, quod Apoſtolus ad Rom. 5. & 1. Cor: 15
 docet, urique etiam tota natura humana in Adam
 fuit, ideoque tota ex ipſo propagata eſt. (2)
 Totum hominem ab homine generari neces-
 ſe eſt; Si enim à Parentibus corpus ſaltem filii
 procrearetur, Anima à DEO immediatè inſu-
 ſa, non totum filium ſed tantum corpus filii gene-
 raſſe dicendi forent, quod eſt abſurdum, cum to-
 tum hominem, qui eſt compoſitus ex animà &
 Corpore, formà ſcilicet & materiâ, procreari
 conveniat. Licet autem Philoſophi formas gene-
 rari negent, tamen ex conſequenti produci
 ad totius compoſiti generationem affirmant, quia
 eſt pars illius, Non dicitur Architectus domum
 feciſſe,

fecit
 form
 tus h
 hom
 in Se
 vel i
 tion
 dem
 ma
 riali
 teri
 for
 plex
 unâ
 ſitu
 In
 ter
 tera
 ma
 tuò
 ria
 pal
 vid
 1. P
 ma
 reb
 pu
 atu
 ato
 mi
 eq

fecisse, quia materialia coacervavit, nisi eadem in
formam domûs disposuerit, sequitur igitur: Si to-
tus homo ab homine generatur, etiam animam ab
homine traduci, licet ignoremus, quomodò anima
in Semine, & à qua parte hominis, effluat, an hoc
vel illo modo fiat, atqui minimæ plantæ propaga-
tionis rationem dare nequimus, nemo tamen ean-
dem ex Semine propagari negarit. (2) Anima est for-
ma (& quidem Substantia non accidens) immate-
rialis; Sed malè dicunt, formam ex potentiâ ma-
teriæ educi, & indè originem trahere, quia omnis
forma, quorumcunque corporum, est actus sim-
plex substantialis, in se nihil materiæ involvens,
unà cum materiâ existens, & simul cum eâ id con-
stituens, quod non est per accidens sed per se Unum.
In eo tantum forma hominis à cæteris formis dif-
fert, quod sine materiâ existat & intelligatur, cæ-
teræ simpliciter alligatæ sunt materiæ, licet ex ejus
materia non educantur. Quia principia ex se mu-
tuò non fiunt, ergò neque forma de materiâ, mate-
ria enim est tantum pura potentia, & Principium
passivum, ex quo nihil produci potest nobilius,
videlicet forma agens. Hinc optimè Sennertus l.
1. Physicæ Epit. c. 3. & quæst. medic. 1. Sicut, inquit,
materiæ, ita formæ omnium rerum primitus cum
rebus omnibus creatæ sunt, nam uti nullum cor-
pus sine materiâ, ita quoque nullum sine forma cre-
atum est. Formæ autem in animalibus, jussu Cre-
atoris sunt multiplicativæ sui, earumque operâ si-
mile generatur à simili, planta à plantâ, equus ab
equo. Formæ animalium seu Animæ generandis
ani-

animalibus communicantur à generantibus, mediante Semine, ità ut Forma numero nova, sed specie eadem propagetur, & traducatur in Sobolem, nec tamen forma illa propagatur à materiâ, neque ex materiâ, sed in materia, à formâ, sed non ex formâ. Illa verò forma propagata, Semine medianre, suum domicilium sibi constituit, & externis adminiculis, à Naturâ in id ordinatis, adjuncta, in Semine materiam suam alterat, elaborat & disponit. Est igitur in Semine actus, quia in illo operatur, & vires atque facultates generandi potentissimè exerit, ut in ovis vides, unde pullus aut piscis generantur. Ipse Aristoteles, qui potentiâ tantum formam inesse semini asserit, tamen confiteri cogitur, Semina vivere; Atqui id quod non actu sed potentiâ habet animam, non vivit. Quantum ad actum secundum certè est tantum potentiâ, ad actum primum verò est actu anima in semine, postea etiam ad actum secundum ventura. Neque vis plastica à Philosophis semini concessa aliud est, quam ipsa Anima, quâ absente ejus vis plastica operari nequiret. Certè anima non est Seminis tantum inquilina sed & Architecta, præparat enim ipsa sibi & efformat domicilium, non antea jam efformatum demùm subit, ut ex Themistio allegat Scaliger Exerc: 6 §. 9. Et ob id idem Scaliger d. 1. §. 5. potius esse formæ emersionem ait, quam educationem. Hinc non malè definitur generatio in viventibus propriè sic dicta, quod sit actus generantis, sese multiplicantis suamque substantiam diffundentis, beneficio fecundæ profeminationis.

Pro.

Prop
timo
à lum
mine
usqu
tim i
in a
Cui
quoc
per
mat
giti
anim
gint
acce
riâ,
man
con
futu
dus
DE
Cre
ibid
Eva
eid
rall
in
ord
viv
ide
pro

Propagatur igitur Anima ab utroque Parente, legitimo medio à D E O ordinato utente, sicut lumen à lumine fax à face accenditur, collato enim Semine utriusque, Maris & foeminae, anima ab utriusque animâ, mediante semine accenditur, & statim in semine operatur, idque non solum sensitiva in animalibus, sed & ipsa rationalis in homine; Cui non tres sed una inest Anima. Nec obstat, quod semen in generante retentum vel dissipatum perdere animam videatur, quia semen non est animatum, nisi secundum ordinem Creationis, in legitimâ Coniunctione maris & foeminae collatum, animam in ipsâ conceptione, (non post quadraginta demum dies, secundum multorum fabulam) accensam recipiat, atque sic forma cum suâ materiâ, in quâ operatur, simul ad eundem finem formandi hominis tendat; Et si pereat etiam post conceptionem, non perit homo aut animal, sed futurus homo vel animal, quia demum formandus erat. Multiplicationis autem benedictionem DEUS primo hominum pari Genes. 1. v. 28. Crescite & multiplicamini, pariter uti animalibus, ibidem v. 24. prædicando infudit. Cum verò Evam de costâ Adami Deus formaret, non legitur eidem, sicut prius Adamo spiraculum vitæ inspirasse, hinc concludendum est: Quod si DEUS in extraordinariâ formatione Evæ non creationis ordinem observavit, ex viventis Adam membro vivente viventem educens Evam, quanto magis idem Creator, in ordinariâ generatione hominum progreditur. Unicum est, quod tot diversa sententiae

rentiæ (Scilicet propagatæ animæ per infusionem
 immediatè a D E O) patronos, Sanctos Ecclesiæ
 Doctores, & adhuc dum multos gravissimos viros,
 à propagatione animæ per traducem de parentibus
 alienos tenuit: Quod secundum hanc sententiam,
 adeò propinquam brutarum animarum propagati-
 oni, immortalitatem ejusdem stabilire minus secu-
 rè, quam præpositâ alterâ Sententiâ vereantur.
 Enimverò nihil subesse periculi, sobriæ Philoso-
 phorum Christianorum traducem defendentium
 argumentationes satis comprobant, quas reco-
 quere nimis operosum videtur, cum volens omnia
 utrinque momenta perpendere, passim apud The-
 ologos & Physicos ea offendet, præsertim apud
 Thomam 1. quæst. 118. art. 2. & Scholasticos
 ferè omnes ad 1. quæst. 90. art. 3. qui allegant Pa-
 tres, Theologos & Philosophos magno numero
 pro infusione (solenni ipsi Zelo, non secundum
 Scientiam, & heresi-poëtico digladiantes) Tum
 apud Cyrillum, Tertullianum. l. 2. de animâ, &
 uti D. Hieronymus Epist. 58. ad Marcell; ait.
 Maximam partem occidentalium, & recentiores
 Bartholinum, Sperlingium, & alios per multos
 Theologos atque Philosophos alterius sententiæ,
 de propagatione argumenta. Nimis injuriosi
 sunt, qui hanc cum Luciferianorum & Apollinari-
 starum, olim damnatorum, opinione confundunt,
 cum tamen hi animam de Carne generari, & Car-
 nalis substantiæ esse somniarint, ex quâ certè mor-
 talitas animæ ultrò sequitur. Quid hæc nostræ
 sententia commune habet cum illâ, de quâ benè S.

Augu-

Augu-
 inqui-
 ri) fi-
 Adan-
 tenti-
 Soh-
 2. C
 non
 temp-
 Sed
 mor-
 Sub-
 dum
 Nih-
 mor-
 man-
 tis e-
 dica-
 ver-
 cen-
 aliu-
 mis
 lige-
 intre-
 sen-
 si de
 salit-
 acce-
 ad si-

Augustinus Epist. 175. Libenter defensuri sumus,,
inquit, sententiam Hieronymi (animas sc. crea.,,
ri) si nos docere poterit, quomodo animæ ex,,
Adamo non veniant, & tamen ex illo justam sen-,,
tentiam damnationis inveniant. Cui accedit,,
Sohnius Tom. 2. in Exeg. A. C. p. 564. & Martyr
2. Class. Loc. Comm. c. 1. §. 50, & alii:

§. 6. Jàm cum supra deductum sit, animam
non esse materiam ex elementis concretam, neq;
temperamentum, vel corpus, neque divisibilem.
Sed esse actum primum, primam operationem, seu
motionum omnium in corpore principium, &
Substantiam intelligentem, ideò ultrò concluden-
dum foret, animam hominis esse immortalem.
Nihilominus fortissimas probationes ejusdem Im-
mortalitatis sequentes colligo (1) *Quia ani-*
mam experimur extra corpus, & non adhibi-
tis ejus organis operantem, idque totâ die in ju-
dicandis, non saltem sensibus oblati, sed & uni-
versalibus cognoscendis, & ex principiis addu-
cendis conclusionibus, seque ab uno noto ad
aliud promovendo, in ipso Deo cæterisque for-
mis insensibilibus, adeòque & nobismetipsis intel-
ligendis, ita ut manifestè norum fiat inesse nobis
intellectum inorganicum. Omnia enim illa à
sensibus maximè remota, mente concipimus, &
si de rebus ab omni materiâ abstractis & Univer-
salibus disputamus, quid à sensibus emolumenti
accedit intellectui? Si ab effectis ratiocinando
ad summam causam progressa, multa intuetur ani-
ma

ma, quæ oculis non patent? Si seipsam quoque
intuatur actu reflexo suarum actionum arbitra &
judex? Si conjicit futura? Si ominatur? Si recor-
datur præteritorum? Si quæ neque sunt neque
esse possunt in sensu fingit? Si denique per Ecsta-
sin naturaliter (non dico de supernaturali) sicut
Plato, Socrates, Archimedes (de quibus vid. Laër-
tius in vitis ipsorum, & A. Gellius. l. 2. cap. 1.)
Franciscus Vieta (de quo Thuanus lib. 29. pag.
1003.) tam profundâ meditatione, tanquam
quodam secessu mentis à corpore esse, ut sapius
totum triduum continuâ in cogitatione defixi, ad
mensam lucubratoriam sedere, sine cibo & so-
mno, aut se loco non moventes, in medio Exerciti-
um, in eodem gradu contemplationis elevati,
totâ die subsistere potuerunt; Tum sanè anima su-
pra sensuum conditionem elevata, operationes
edere potest, corpori non communes, proinde &
absque corpore subsistere & vivere. (1) Probatur
*Immortalitas anime quia à se ipsâ movetur &
est primum motus principium*; Ideò ab ex-
ternâ causâ, secundum legem naturæ, destrui non
potest. Quod Cicero l. 1. Tuscul. §. 23. & l. 6. de
Rep. in Somnio Scipionis, ita refert: Quod sem-
per movetur, id æternum est, quod autem mo-
tum affert alicui, quodq; ipsum agitur aliunde,
quandò finem habet motus, vivendi finem ha-
beat, necesse est. Maximum certè hoc Platonis argu-
mentum fuisse constat, ex libro quem Phædo-
nem inscripsit, licet autem æternam dixerit ani-
mam

nam
quod
te co
à fun
quo
dem
paga
trâ co
mim
ma q
que
terit
tone
sibin
quia
natu
viver
adha
certè
quan
Proin
pori
Corp
là ra
tia a
rent
hæc
20.
teriâ
sive

mam, propterea non credidit causam esse sui,
 quòd Aristoteles ipsi affinxit, sed præexistere an-
 te corpus & cum cæteris geniis seu Angelis,
 à summo DEO creatas animas omnes esse, de
 quo prolixè vid. Plato in Timæo. Quod qui-
 dem falsum, tamen neque nos generari sed pro-
 pagari animas dicimus, quo ipso subsistentiæ ex-
 trà corpus & motum proprium animæ non adi-
 minus. Cæterum, quod suprà conclusimus, ani-
 ma quia obtinet actiones à corpore distinctas, à-
 que corporeo organo non dependentes, non in-
 terit cum corpore, idem est, quando cum Pla-
 tone loquimur, ac si: Animus à se ipso movetur,
 sibi met vitam suppeditat, ergò est æternus; &
 quia nunquàm deserit se ipsum, cum in quâlibet
 naturâ insit amor sui perpetuus, nunquam desinit
 vivere. Nam si quod movetur ab alio, quamdiu
 adhæret motori vivit, illo deficiente moritur,
 certè anima, quia idem est atque motor, nun-
 quam à motore deserta, vivere desinet nunquam.
 Proindè si animus per se solus sine Organis cor-
 poris operatur, existentiam suam quomodò à
 Corpore mutuari putandus est, hinc quoque nul-
 là ratione, concidente etiam corpore talis essen-
 tia ab animo auferri potest. Et hæc sola diffe-
 rentiæ ratio est, animæ humanæ & brutalis, quod
 hæc, secundum legem Creatoris. Genes. c. I. v.
 20. & 24. à Deo ex aquâ & terrâ simul cum ma-
 teriâ prodire iussâ, adèò alligata est materiæ suæ
 sive Corpori, ut sine illo nihil quicquam, nec se

movere, ut Platonici loquuntur, possit; Hominis autem anima à DEO Genes. 2. v. 7. immediatè, per spiraculum, infusa Corpori jam facto, ab eademque primâ cæteræ omnes propagatæ, sese movere & multum operari possunt sine corpore, ergò sine eodem quoque subsistere. Porro qualitates corporeæ in brutis animam quoque absolute alterant, quia non habet subsistentiam extrinsecam materiam; Sed mens humana, licet qualitates corporis ad eam penetrent (nempe ob artissimam conjunctionem, quâ anima & corpus constituunt unum quod est homo) non tamen ut corporeæ & materiales illæ qualitates, intentionales dictæ, penetrant, sunt enim omnes spirituales, omni quantitate & materiâ destitutæ, maxime proportionatæ & accommodatæ spiritali animæ substantiæ, cumque illis citrà dispendium immortalitatis concurrere possunt. Neque incongruum videtur, quod subtilis ille Angelus, Henricus Morus, in Enchyridio Metaphysico cap. 28. philosophatur: Sicut Deus inquit, actus purissimus, tamen ex se materiam produxit, Ita anima, & omnis Spiritus, non quidem in Creatione imitatur DEUM, tamen vim plasticam & hyliformem exercet, quâ mediante & agere in materiam, & sic dicendo à materiâ pati possit. Impossibile enim, sine his facultatibus, cum corpore coalesceret, neque spiritus sonum & alia objecta sensuum perciperent, cum tamen Citharam Davidis, aliaque Musica instrumenta dæ-

ta dæ-
que dæ-
dant,
possin-
Cum
est, q
viis m
quicq
cesse
stra si
reperi
nihil
recipi
pit, ip
non fu
vel mo
ra est
contra
tur: S
do pa
Sensus
culsi d
præsta
c.g. Ig
saporis
ctui, fra
dum er
tur,
cesse e
ad omni

ta dæmon audierit. In apparitionibus quo-
que dum Spiritus elementum Aëris ira accommo-
dant, ut exindè objectum visui humano sistere,
possint, nonne mediante aliquà vi plasticà. (1)
Cum corpus corrumpitur naturaliter, causa hæc
est, quia in materiâ ex contrariis compositâ, præ-
viis multis alterationibus, forma abjicitur: Nam
quicquid corrumpitur, in eo aliquid rep̃riri ne-
cesse est, quod possit separari, atqui *anima no-*
stra simplex & incorporea est, idè in eâ nihil
reperitur, quod possit separari. Porro, quia animæ
nihil in est contrarium, quin potius, quicquid
recipit, sine contrarietate, nihil inde passa, reci-
pit, ipsæque adèd contrariorum rationes in eâ
non sunt Contrariæ, idè non potest corrumpi
vel mori. Regula siquidem Philosophorum ve-
ra est: Contraria à contrariis patiuntur, & ex
contrariis generata in contrarium corrumpun-
tur: Sic Elementa, dum in se mutuò agunt, agen-
do patiuntur, & corruptionibus obnoxia sunt.
Sensus corporis etiam excellenti objectorū vi per-
culsi debilitantur & hebescent, & quò res sensibilis
præstantior vel acrior, eo sensus afficiuntur magis.
e.g. Ignis vehemens obest tactui, modicus fovet,
saporis nimia acrimonia gustui, graveolentia olfa-
ctui, fragor & tonitrua auditui, Solis splendor visui,
dum enim sensus in objecta agunt, vicissim patiun-
tur, & quia patiuntur, deficere tandem ne-
cesse est. Mens verò, sive anima nostra, ingenti
ad omnes res immaterialiter & invisibiliter cognos-
cendas,

scendas, potentiâ prœdita, argumenta luculentâ impassibilitatis & æternitatis suæ præbet: Nihil autem ea debilitatur aut patitur à rebus quas recipit, licet excellentissimis objectis detenta, quin ex earum diligentiori Contemplatione amplius viget, ex quo plura recipit eò magis perficitur, quia nihil quod concipit illam afficit aut corrumpit. Concipiendo ignem non ardet, glaciem non friget, venenum non inficitur, libera est à corruptibili rerum quas percipit materiâ, & defectibus earum nullo modo subiacet,

§. 7. *Non igitur obstat, quod in phreneticis & deliris, quos amentes, quasi sine mente vulgus vocat, animam corruptam esse sibi persuadeant alii:* Quia videmus tot phreneticos aut maniacos, ad pristinam sanitatem, vel per medicamenta, vel etiam per intervalla aut moram redire, hoc ipsum evincit, animum non pati, quia nec ipsi mederi possumus materiali medicamine. Proindè nihil aliud est, quàm morbus Corporis, dum sensus per vitiatam, corruptis humoribus, phantasiam circumventi intellectum fallunt, curato igitur temperamento corporis corrupto organa sensuum curabuntur; quibus benè dispositis, animus semper sanus, rursus operabitur ut ante. E. gr. Dux ab exploratoribus, falsa nuntiantibus, deceptus, secundum earum relationem iudicans hostem adesse, cum sint armenta, non insanire, sed ex falsa relatione malè in effectu, benè tamen in dispositione.

positione judicare dicendus. Planè ita mens non
insanire, sed in ordine fallentium virio corpo-
ris sensuum, imagines rerum menti offerentium
benè judicare. Itaque quamprimum Duci illi
species falsæ hostium subtractæ, & veræ hostium
objectæ fuerint, ut ante de falsis, sic nunc de
veris rectè judicat: Sic animus, secundum ob-
jectas imagines, semper sanus & rectus judex
est, neque ratiocinatio, prout ajunt Medici, ali-
ter quam per externos errores, & vitium objecti,
aut vitiatam phantasiam lædi potest. Objice
oculo specillum viride, omnia viridia appare-
bunt, objice rubrum, omnia rubebunt oculo:
Sic etsi phantasmata fuliginosa & turbata sint,
intellectus nihil diminutus, velut per spicilla tur-
bida apprehendit turbatas & malè coherentes
rerum species, in quibus etsi error contingit in-
tellectui ab objecto, vel etiam ab ataxiâ Spiri-
tuum animalium, qui sunt vehiculum animæ in
& per quos maximè operatur, idem tamen semper
rectè judicat, secundum id quod apparet. Tolle
noxios humores, ut Sol disjectis nebulis limpidis-
simus est, sic Intellectus suâ constabit sinceritate;
Non aliter ac in Somniis, ubi Phantasia variis sed
falsis Imaginibus occupata distrahitur, Mens ipsa
sana est etsi a Phantasia ipsi imponatur. Hinc
inepta Galleni. l. 9. de Placit. Hippocr. erl: quod
animi Mores. c. 3. est dubitatio de immortalitate
animæ, ideò, quia pro qualitatibus materialibus
externis, e. g. Calore, frigore, humiditate vel sic-

citate cerebri, aut defectu sanguinis tam cito
 alteratur? Atqui heberis dolabræ vitium, quo
 ligna malè expolit, & penicilli vitium Archite-
 cto, Scribæ & Pictori, aut arti eorum non impu-
 tatur, neque ex corruptione instrumentorum exi-
 stentia artificum negatur. Sic cum organa de-
 ficiunt, cessat quidem anima in iis operari, sed
 non minùs ipsa esse definit, quàm artifices illi.
 Scilicet, anima corpore ut domicilio vel instru-
 mento essentialiter sibi juncto utitur, vinculo ta-
 men, quo illi est alligata, quod est rectè di-
 spositorum spirituum animalium in benè se
 habenti temperamento sanguinis, mavult se-
 parari, quam in organo inepto oberrare, hinc
 ægros senes per momenta mortem voris exoptare
 cernimus. Vid. prolixè hanc contra Galenum
 tractans controversiam, Huarrus Hispanus Tr. de
 Scrutinio Ingeniorum cap. 10. Cæterum quod
 attinet *corruptionem animæ post lapsum
 protoplastorum*, quâ in memoriâ confusa phan-
 tasmatum multiplicitas est, in Intellectu errorum
 opinio, in voluntate inordinatus Amor seu appeti-
 tus, inde mortalitatem animæ nemo concludat:
 Nam vitiositas illa iusto DEL iudicio homini rebel-
 li irrogata, qualitatem Animæ non essentiam af-
 fecit, hoc est imaginem DEI concreatam, quæ fuit
 Sanctitas & Justitia. Ep. ad Ephes. c. 4. v. 21. quæ
 per meritum Christi in fidelibus restituitur. At-
 qui non ex qualitate sed essentiâ animæ immorta-
 litatem demonstramus; Et utut simplex, neque

ex

ex contrariis composita sit, adeoque Quantitatem non recipiat, subjacet tamen qualitati, ad quam doctes Sanctitatis aut ejusdem amissiones pertinent. Unde S. Ambr. 1. 6. Hexaëmon cap. 7. Imago DEI sapientia & Justitia est, anima plena sapientia, plena, pieratis ac justitia, quia omnis virtus à DEO est. Et S. Augustinus 1. de Spiritu & anima. cap. 10. Ille spiritus dicitur factus ad imaginem & similitudinem DEI, in quo est Cognitio veritatis & amor virtutis. Bernhardus. Serm. 80. Super Cantic. Verbum DEI est ipsa imago, anima hominis ad imaginem, Verbum est veritas, Sapientia & Justitia, & anima imago est Veritatis, sapientiae & Justitiae. Imago igitur DEI secundum Sacram Scripturae Oraculum, non fuit in anima, quatenus est spiritualis, incorporea & Immortalis, neque in Intellectu & Voluntate, sed in bonitate, Sanctitate & Justitiâ. Hâc autem imagine DEI amissa, anima eadem in essentia mansit, sed ad malum proclivis. Ex quo enim homo in honore positus, posteaquam deliquit, comparatus est jumentis, similiter generat, non tamen in eo penitus extincta est quaedam velut scintilla rationis, in qua factus est ad imaginem DEI, Aug. de Civ. DEI l. 22. cap. 24. Cœterum pro dolor! confiteri cogimur, non in sensitivâ tantum parte, sed potissimum in ratiocinante, hanc malitiam animae latere, ita ut non affectibus & sensuali appetitui, quam ipsi rationi imputandum sit quoties erramus. Nam si in partibus inferioribus motus

est excitandus opus est (1) Objecto sensibili Speciem certam obiciente. (2) Sensibus, à natura ideò datis, ut species earum rerum, quæ extra hominem sunt percipere possint. (3) Imaginatione, cogitatione & iudicio, ut de objecti utilitate vel damnis æstimeretur. Tunc demum. (4) excitatur appetitus facultas seu voluntas, quæ cum nihil aliud sit, quam intellectus extensus seu promotus ad habendum aut faciendum quod cognoscit, objectum cognitum variis affectibus aut desiderat, aut averfatur, simulque impulsu valido Spiritus & sanguinem in corde, ipsa etiam membra externa commovet, ut si gratum est objectum, totum se corpus diductis & dilatis spiritibus ad illud consequendum, beneficio locomotivæ expediat, si ingratum, compressis & contractis hisdem se contineat. Hinc patet, nunquam vitiosum quid agi, cui ipsæ animæ supremæ facultates non consenserint. Et licet intra se, pro & contrariocinando, obniti affectibus, & sic à vitiis immunis esse, videatur, tamen, quia liberè eligit, & inferiores facultates absolute gubernat, eo ipso ostendit, se partem vitiosam, ut sibi gratiorem, elegisse. Quoties autem Apostolus, (uti Rom. 6. Ephes. 2. Theff. 4.) carnem & spiritum, seu hominem exteriorem & interiorem opponit; Sic per carnem intelligit totum hominem, omnesque ejus facultates, malo alicui (quod ille per errorem censet sibi bonum & jucundum) incumbentes, ut per Spiritum & hominem intel-

ligat

liga
tis v
ope
relu
mæ
vide
erig
vian
im
ore
sa
Aug

tat
tio
Spe
por
lib
tis
ne
So
frin
pli
tu
no
(6
fac
los
pr
lap

ligat eundem totum hominem, qui omnibus mentis viribus, non reluctante membrorum officio, opera Spiritus Sancti perficit; qui spiritus carni reluctans nobis connatus non est, sicut illa vis animæ, quæ, licet subindè naturaliter virtuti favere videatur, vires tamen nullas habet, quibus sese erigere ex cœno vitiorum, in rectam beatitudinis viam possit, quin potius tota vitiis propensa & immerfa est, sed datur spiritus ille, per sublimiorẽ DEI gratiam illis, quibus peccata remissa sunt: Quos Theologi renatos appellant. Vid. Augustinus de Civit. DEI l. 14. c. 2. & 3.

S. 8. (4) *Illustrem notam Immortalitatis animæ, impresfit conscientie (potens mortio*, in bonis quidem, innocenter patientibus, ex Spe beatioris & melioris vitæ, in malis ex horrore pœnæ futuræ. (5) *Et insuperabilis voluntatis libertas*, solenne testimonium est immortalitatis. Reliqua enim omnia animalia, naturæ quâdam necessitate vincita tenentur, & ad agendũ urgentur; Sola animæ humanæ voluntas nullâ externâ vi infringi aut cogi potest, Omni violentiâ obstitit, Supplicia acerbissima despicit, omnes in & externas perturbationes & commotiones superat, quæ omnia non posset, nisi incorruptibilis & immortalis esset. (6) *Porro ex Justitiâ DEI immortalitas animæ* facilè colligitur. Nam, in hac vitâ, semper malos videmus præferri bonis, hos pati, nec habere præmium probitatis, abstinentiæ, patientiæ & calamitatum, pro DEO & virtute toleratarum, illos

ut plurimum in malitiâ suâ progredi, & quasi re
benè gestâ superbire, insultare bonis, eosdem sæpè
ad internecionem persequi, omnibus interea ipso-
rum malitiæ abundanter affluentibus. Animus
igitur immortalis sit, tam bonorum quam malo-
rum necessum est, ut dignum præmium, quod
hic non invenit, ibi sortiatur, aliàs cum S. Augu-
stino exclamare liceret. l. 1. Confess. c. 16: "
Tolle animæ immortalitatem & Epicuri senten-
tia palmam in animo meo habebit. Malorum "
quoque conditio longè exoptatior videretur, quam
bonorum, cum improbis lucro sit improbitas, bo-
bis detrimento innocentia. Ubi esset Justitia DEI,
ubi bonorum merces, si anima esset mortalis, in-
quit Origines, super Cant. Et Paulus Apostolus
1. Corinth. c. 15. v. 19. & ad Hebræ. c. 11. v. 16.
idem firmat. Quod Gentiles quoque assecuti sunt,
Plato in Phædone ait: Animæ mortales lucrum
forent malis, quia morte animæ à malo liberaren-
tur. Ideò animæ immortalitatem magno consen-
su docuerunt, paucis exceptis, quos rectè Contaren-
us: Diros & immanes animarum appellat parri-
cidas. Adeò ut Plutarchus. Consol. ad Apollon
§. 42. Immortalitatis & beatitudinis æternæ sen-
tentiam ità vetustam asserat, ut ejus & Initium &
auctor prorsus ignoretur. Idem cum in lib. non
posse suaviter vivi secundum Epicurum §. 55. us-
que § 8, ex communi omnibus hominibus *Essendi*
& *vivendi desiderio*, immortalitatem pro-
basset, § 57. verissimè adjecit: Epicurei cum "
immor-

Immortalitatis opinione, jucundissimas spes hominum tollunt:

Nam si tota mihi cum corpore vita peribit,
Quis mihi Regnator cœli? quis Conditor orbis,
Quis Deus? aut qua jam merito metuenda potestas?
Ibo per impuros, fervente libidine, luxus,
Inficiabor habens aliquid sine teste propinqui
Depositum &c: Prudenti? l. 2. contra Symmachum.
Sed multis gentilibus ex spe futura vitæ contem-
ptus mortis incessit. Sicut Cæsar de Gallorum
Philosophis seu Druidibus Commentar. l. 6. ait: „
Imprimis hoc volunt persuadere, non interire „
animas, atque maxime ad virtutem excitari pu-
tant, metu mortis neglecto. Quod ipsum Lucanus.
l. 1. v. 461. ita exprimit.

In ferrum mens prona viris, animæque capaces.
Mortis, & ignavum *reditura parcere vitæ.*

§. 9. Ex quibus verbis non solum immorta-
litatem animæ sed & *Resurrectionem corporum*
cum animâ pro vitæ rediturâ non obscure credidisse
eosdem Gallos elicitur. Quemadmodum multi
paganorum disertè Resurrectionem corporum ad
vitam futuram docuerunt, Laërtius Diogenes, in
Proœmio Vitarum Philosophorum §. 8. Egyptiis „
inquit antiquiores esse Magos (Persarum Philoso-
phos) Aristoteles auctor est, & Theopompus „
(Chius, Isocratis clarissimus discipulus) Octavo „
Philippicorum libro ait: Magorum sententiam „
esse: In vitam redituros homines immortalesque „
futuros. Et Democritus Resurrectionem docuit,
qua-

quapropter Plinius. l. 7. c. 55. eundem stolidissimo argumento refutare vult: Atqui, dicit, ipse Democritus non reviviscit; Quasi verò futura, fide certâ nobis persvasa, etiam nunc in nobis facta esse necessum sit. De Brachmannorum India Philosophorum doctrinâ de Resurrectione disertè restatur Strabo. Geograph. l. 15. Hanc doctrinam Seneca Epist. 36, tangit, dicens: Mors quam pertimescimus intermittit vitam non eripit; Veniet iterum qui nos in lucem reponat dies, quem multi recusarent, nisi oblitos reduceret. Docuerunt enim Stoici, post universalem mundi conflagrationem, iterum mundum & eosdem homines redituros. vid: latè Lipsius Physiolog. 2. Dissert. 22. Et Lucretius l. 3. idem canit, licet Epicureus:
 — — Materiam nostram collegerit ætas,
 Post obitum, rursusque redegerit, ut sita nunc est,
 Atque iterum nobis fuerint data lumina vitæ.
 Ex eadem enim Iustitia DEI Resurrectio corporum, simul cum animabus suis ad iudicium, profumendo præmio vel pœnâ, ultro sequitur; Nam in hac vitâ, non sola anima sed totus homo virtutem vel vitia sectatur, idè, quod in hac fieri non videmus, in futurâ necessario præmio vel pœnâ afficiendus erit. Pulchre S. Ambrosius lib. de fide resurrectionis, in morte fratrum: Illi qui dicunt, animas immortales esse, nec tamen redituras in sua corpora, non satis mulcere me possunt, cum pro parte me redimunt; Nam quæ potest esse gratia, ubi non totus evasi? Quæ vita, si in me opus DEI occidat? Quæ iustitia, si naturæ finis, mors

mors sit erranti iustove communis? Quodsi igitur agnoscimus, esse iustum, ut DEUS resuscitet corpora, eademque ad futuram vitam jungat, jam de voluntate ejus non dubitemus: Deus enim Omne quod iustum est vult, & nihil vult, quod non sit iustum, est enim totus actus iustitiæ, posse autem, disputatione indignum est. Qui enim potuit de nihilo omnes Creaturas, hominem autem de glebâ terræ formare, quidni idem Omnipotens possit ex cineribus, imò per omnes angulos & particulas elementorum dispersa Corpora hominum, resuscitare. Unde apud Prudentium lib: 2. contra Symachum. Carm 1. ante fin: Deus Omnipotens sic fatur:

Quin & corporibus parilis consortia pœnæ
Decernam, possum quoniam renovare favillas
Antiquam in faciem; Nec desperanda potestas,
Qui potui formare novum, reparabo peremptum.
Tertullianus lib: de resurrect. Cap. fin. Non,,
sola anima seponitur, habet & caro interim seces,,
sus suos, in aquis, in ignibus, in alitibus, in be,,
stis, cum in hæc dissolvi videtur, velut in vasa,,
transfunditur. Si etiam ipsa defecerint, cum de,,
illis quoque effluxerit in suam matricem terram,,
quasi per ambages resorberetur, ut rursus ex illâ,,
repræsentetur. Idem in Apolog: adversus gen,,
tes c. 45. Recogita, quid fueris antequam esses,,
utique nihil, meminisses enim, si quid fuisses; Qui,,
ergo nihil fueras priusquam esses, idem, licet ni,,
hil factus cum esse desieris, cur non possis rursus,,
esse de nihilo, ejusdem Authoris voluntate, qui,,
te

te voluit esse de nihilo. Tunc igitur homo ad hoc morieris, ut pereas? Absit, ubicunque resolutus fueris, quaecunque natura te destruxerit, hauserit, aboleverit, etsi in nihilum redigeret reddet te: Ejus est nihil ipsum cujus est totum, idoneus est reficere qui fecit. Proinde & illi Objectioni: Quod corpora à feris vorata in ipsorum substantiam transmurata, in priori, humanam nempe Substantiam jam resurgere non possint; Similiter bestiae, quae humanum corpus consumpserunt, rursus ab aliis hominibus saepe consumuntur. e. g. de Vedio Pollione Seneca l. 3. de Ira cap. 40. narrat, quod murænas suas in piscinis ut delicatiores essent, servis immergis pasceret, occurritur. Nam bene respondet Athanagoras lib. de resurrectione mortuorum: Non omne corpus omni alii viventi aptum est in alimentum, sicut nec bovi Caro, seu homini caro humana aut gramen, lignum vel lapis neutri apta sunt. Hinc neque Omneid, quod ventri ingeritur, redditur Cibus naturæ edentis cognatus & idoneus, multi statim post esum egeruntur, plures in secundâ aut tertiâ concoctione; Quapropter quicquid est alienum ab alimentum animalis, commisceri & addi ejus naturæ nequit, hoc autem alienum est, & noxium ad alendi animalis constitutionem, quodcunque in aliquâ trium concoctionum abjicitur. Vid. Plutarchus. lib. 4. Sympoticon quæstione 1. §. 5. Credibile igitur est, quod omne animal, quodcunque præter legem à Creatore naturæ inditam sumit in alimentum non digerit, proinde (ut ait August. de

„Ci-

„Civit. DEL. l. 22. c. 10.) ab illo animali, tanquam
 „mutuò sumpta caro humana deputanda est, quæ
 „sicut æs alienum ei reddibenda unde sumpta est.
 Porro neque hoc conceditur, quasi cibus sumptus
 transeat in substantiam consumentis, substantia
 enim nunquam mutatur, nisi generatione, cum
 fit, & corruptione, cum esse definit; Licet acci-
 dentia animalis semper alterentur, augeantur vel
 minuantur, idque quotidie propter calidum ani-
 mali innatum, quod semper in humores sicut Can-
 dela accensa agit, opusque habet pabulo quotidi-
 ano, non tamen ex pabulo Essentiam suam confici-
 cit, sed quod assumpsit, mox transmittit, adeoque
 etiam post esum compositum ex quatuor elemen-
 tis remanet, donec tandem ultimâ resolutione in
 sua elementa, ex quibus compositum erat, reverti-
 tur, ipsa autem non desinunt esse. Sunt enim ele-
 mentorum Substantiæ, principia illa essentialia
 corporum, volente DEO perennantes, igitur per
 nullam naturæ vim fieri potest, ut planè in nihilum
 tendant, sicut etiam naturaliter ex nihilo aliquid
 fieri nequit, dixit enim Dominus Genes. c. 3. v.
 19. Pulvis es, & in pulverem (non in nihilum)
 reverteris. Quam parvæ igitur molestiæ DEO
 fore dicendum, reddere ex elementis cuique ho-
 mini corpus hoc animæ, cui sanè facile fuit primi-
 tus ex nihilo creare hominem. Restat ut vetus
 illud multorum commentum de *Transmigrati-
 one animarum ex uno corpore in aliud*, quam
 Græci Metempsychosin appellant, paucis aspici-
 amus, licet vix dignum sit reflexione mentis: Fu-
 it enim

itenim corrupta traditio de Resurrectione corporum, & conjunctione cum animabus. Herodotus doctrinam eam ab Aegyptiis, scholâ omnium falsarum opinionum derivat. lib: 2. quæ per Orientem in Italiam usque propagata, Philosophos quoque, Pherecidem, Pythagoram, Empedoclem, ipsumque Platonem invasit, etiam Phariseos eadem fabulâ infectos fuisse refert Josephus l. 1. c. 13. Quos Rabbini recentiores secuti sunt. Sed ob absurditatem, quod animæ, si in bruta corpora transfrent intellectu uterentur, si verò in humanâ, meminisse oporteret, quæ antea in aliis corporibus egerint, à Sapientioribus paganis falsè derisâ est. Unde Cicero Pythagoram, qui se antea in Euphorbo, ad Trojam à Menelao vulnerato, fuisse fabulatus est, delirum senem vocat, qui, obscuræ nativitatis, tali figmento gloriam generis sibi acquirere satagit. Et Ausonius de Marco nebulone mortuo ludit Epigrammate:
Non taurus, non malus erit, non Hippocamelus
Non caper aut aries, sed Scarabæus erit.
Porphyrius Platonicus minuere figmentum hoc voluit, docens: Animas in hominum quidem, sed non brutorum corpora transire. August. l. 10. de Civit. DEI c. 30. Atqui verò anima hominis forma est, non assistens sed informans, & sua cuique homini est anima, ita ut per eam quisque homo sit, quod est, suam igitur cuique homini dat Substantiam & quidem singularem, individuum, & ob id incommunicabilem, secundum Regulam Philosophorum. Licet igitur centies transiret alia

cor-

corp
rer,
plus
rum
fos &
nuda
ludic
nissie
us,
ex T
tam
re N
v. 1
ibi
rum
ludic
ma
stin
nam
neq
muc
corp
pha
fit
Spo
Can
lis à
fuisse
quæ
mas
25.

corpora, tamen ejusdem semper hominis maneret, cujus fuit. Nihil autem Metempsychosis plus rationis habet, quam *Metamorphosis corporum*, qua creduntur homines in lupos, feles, urfos &c. conversos esse, quæ tamen nihil præter nudas Saranæ præstigias, quibus mancipiis suis illudit, habet. Quojuxta apparitiones omnes plenissimas esse præstigarum diabolicarum Coqueus, Commentar. ad lib. 7. Augustini de Civit. Dei, ex Tertulliani l. de anima cap. 57. allegat, Idè tam, in veteri, quam novo testamento ab hoc genere Necromantiæ severè abducimur, Deuter. cap. 18. v. 11. Jesa. cap. 8. 19. Lucæ cap. 16. v. 29. Et ibi allegatus Maldonatus: Apparitiones animarum plerumque esse dæmones docet, qui homines ludificant, & fallunt, quod Tertullianus l. de anima c. 19. prolixè deduxit. Rectè igitur S. Augustinus l. 18. de Civit. Dei cap. 18. negat Saranam aliam ex alia posse formare Substantiam, sed neque DEUM tantum illi permittere, ut corpus mutare, tanto minus animam transportare in alia corpora possit, potius omnia fieri illusionibus & phantasticis insomniis, Cui Del Rio lib. 2. Disquisit. Magicar. quæst. 18 & l. 4. c. 1. qv 3. § 5. Spondanum & Bodinum refutans, adslipulatur. Jus Canonicum talia multa damnat, ipsamque Samuelis à Pythonissa resurrectionem verè pronunciat, fuisse illusoriam Saranæ Can: 12. & 14. Caus 26. quæ r. 5. C. 26. Distinet: 1 de Consecrat Thomas P. 1. qv 117. art. 4. ad 2. Salmeron Disput. 25. in 1. Johan. 4. §. Circa apparitiones. Augusti-

H

nus

„ nus de Civitate DEI 19. c. 9. admonet: Ma-
 „ gnā DEI misericordiam necessariam esse, ne
 „ quisquam, cum bonos angelos Amicos se habere
 „ putat, habeat malos dāmones amicos fictos, eos-
 „ que tanto nocentiores, quanto astutiores patia-
 „ tur inimicos. Plurimæ præter illas, in hac de anima
 „ materia quæstiones à Philosophis nimium curiosis,
 „ præsertim Scholasticis Doctorib⁹ moventur, singun-
 „ tur, obijciuntur, rejiciuntur, sed iutili opera. Genti-
 „ lium hæc fuit infelicitas, quibus à rectitudine ve-
 „ ritatis aberrantibus, innumeris erroribus aliis de-
 „ viis luctari necessum fuit. Nos, per gratiam DEI, ve-
 „ ritatem habentes, quæ est unica, paucissimis quæsti-
 „ onibus, & earum resolutionibus, contenti esse possu-
 „ mus. Quod vere Tertullianus l. de anima cap. 2. his
 „ verbis syadet: Christiano paucis ad scientiam hu-
 „ jus rei opus est, nam & certa semper in paucis, &
 „ amplius illi quærere non licet, quam quod inveni-
 „ re licet, infinitas enim quæstiones Apostolus pro-
 „ hibet. Porro non amplius invenire licet, quam
 „ quod à DEO discitur quod verò à Deo discitur to-
 „ tum est. Sufficiat nobis expressum DEI Ver-
 „ bum, quod spem summam humano generi in Im-
 „ mortalitate reposuit, cui si nimium incredulus as-
 „ sensum præbere desinat, potius incerta & fallacia
 „ venaturus, pœnas severas DEI formidet; Non enim
 „ omni dubitanti de Immortalitate, eā indulgentiā
 „ quā Gennadio pepercit, revelationes novas, quibus
 „ convincatur, immittere tenetur, de illo enim re-
 „ fert. S. Augustinus Epist. 100. Ex eo Baronius.
 „ T. 5. ad ann. 411. Quod cum sollicitus esset de
 „ Immor-

imm
 ctibus
 inter
 nadio
 illi ap
 dubio
 dorm
 qui p
 mus
 mod
 Nihil
 bis e
 secur
 enim
 Deu
 unde
 versa
 imm
 Imm
 exper
 no,
 imm
 simo
 Rex
 sunt
 Tibi
 & pe
 lumi
 noli

immortalitate animæ, Angelus dormienti tribus noctibus apparuerit, secunda autem & tertia vice eum interrogaverit. Nostin me? & respondenti Genadio, quod sic, quia idem esset, qui tertia vice illi apparuisset, cum increpaverit: Quid igitur dubitas de animæ tuæ Immortalitate, cum etiam dormiens me videre, agnoscere mecumque colloqui possis. Denique fortissimis argumentis addamus hoc quoque: Licet hæc sententia, quemadmodum & illa de Existentiâ DEI, dubiæ essent, Nihilominus, cum Sapientes, & sana ratio in dubiis eam amplecti jubeant, quæ est securior, certè securiorem affirmativa obtinet rationem. Quid enim damni metuas, si Animæ immortalitatem & DEUM esse credideris, utut nihil horum fuerit, unde summam beatitudinem tuam expectes; Vice versa maximum damnum æternæ perditionis cheu! imminet neganti, si aliquando & DEUM esse, & Immortalem vitam, ab irato Numine post mortem experiendum restet.

S. 10. Tu autem anima mea benedic *Domino*, & omnia quæ intra me sunt nomini sancto ejus, immola *DEO* sacrificium laudis, & redde *Altissimo* vota tua. Quoniam ipse est *Dominus & Rex tuus*, qui hæc magnalia tecum fecit. In me sunt *Domine* vota Tua, quas reddam laudationes Tibi? Quoniam eripuisti animam meam de morte & pedes meos de lapsu, ut ambulem coram Te in lumine viventium. Benedic anima *Domino*, & noli oblivisci omnes retributiones ejus, qui propitiatur

tiatur omnibus iniquitatibus, qui sanat omnes infirmitates tuas, qui redimit de interitu vitam tuam. Qui coronat te in misericordia & miserationibus. Qui replet in bonis desiderium tuum, qui te satiat æternis bonis sicut flumine: Relinquit autem famelicos eos, qui miseriis hujus vitæ saginati futura bona fastidiunt, Ideò non resurgent impii in judicio, neque peccatores in concilio justorum. Væ incredulis! Væ timidis & execratis, & homicidis, & fornicatoribus, & omnibus mendacibus! pars illorum in Stagno ardenti Sulphure & igne, quod est mors secunda. Disperdet Dominus omnia labia dolosa, & linguam vaniloquam. Mihi autem adhærere *DEO* bonum est, ponere in *Domino DEO* spem meam; Scio enim quod Redemptor meus vivit, & in novissimo die de terrâ surrecturus sum, & in carne meâ videbo *DEUM meum*, reposita est hæc spes mea in sinu meo. Ante *Te Domine* est omne desiderium meum, & gemitus mei non sunt a Te absconditi. *Tu Rex maxime* ad me descendisti, & ego sine *TE* ascendere ad *TE* nequeo. Magna est vis animæ meæ, penetrabile amplum & infinitum, quis ad fundum ejus pervenit? nec ego ipse totum capio quod sum, animus ad habendum se ipsum angustus est, ut ubi sit, quid sit, non capiat, hoc quis comprehender, quis indagabit, quod sit & quid sit. Sunt igitur plangendæ hæ tenebræ, in quibus nos latet facultas nostra, quæ in nobis est, ut animus de viribus suis se interrogans, non facile sibi credendum

dum putet. Eunt homines mirari alta montium,
ingentes fluctus maris, & latissimos lapsus flumi-
num, & oceani ambitum, & gyros siderum, se-
iplos autem relinquunt, nec mirantur. Ego certè
in meipso laboro, factus sum mihi terra difficul-
tatis & sudoris nimii. *Tu Domine DEUS*
dic animæ meæ: salus tua ego sum, noli abscon-
dere à me faciem tuam, angusta est domus animæ
meæ, quo Tu venias ad illam, dilateretur abs Te,
ruinosa est, refice eam, habet quæ offendant ocu-
los Tuos, fateor. & scio, sed quis mundabit eam,
aut cui præter Te clamabo. Ab occultis meis
munda me Domine! Non privabis bonis eos, qui
ambulant in spe. Domine *Virtutum*, beatus ho-
mo qui sperat in Te: Qui non accepit in vano
animam suam, hic accipiet benedictionem à
Domino, & misericordiam à *DEO salutaris suo*.
Poena sibi est omnis inordinatus animus. Suavis
autem *DOMINUS* universis & miserationes
ejus super omnia opera ejus. Eja dulcissime JESU,
transfige saluberrimo vulnere amoris Tui medullas
animæ meæ, ut verè ardeat, langueat & liquefiat,
& solo *TUO* desiderio deficiat, cupiat dissolvi &
esse *Tecum*. Te solum semper esuriat panem vitæ,
qui de cælo descendisti TE sitiat fontem vitæ, fon-
tem æterni luminis, torrentem veræ voluptatis Te
semper ambiat, Te quærat & inveniat, & in Te dul-
citer requiescat! Convertere anima in requiem
tuam, quia *Dominus* benefecit tibi, spera in *DEO*,
quoniam adhuc confitebor illi, *ô Salutare vultus*
mei & Domini mei, eripuisti animam meam de mor-
te,